

Almugeas uel intuitus planetarum ad Solem & Lunam inuenire. Canon XXI.

INtuitus iſte fit, dum a Sole in planetam, tot fuerint ſigna, ſecundum ſucceſſionem quot ſunt à ♌ in domum principalem talis planetæ, ut de ♄, domus eius principalis eſt ♑ ſextum à ſole. Si igitur ☉ fuerit in ♈ & ♄ in ♍, eſt almugea ☉. Almugea ☽, dum ſecundum ſucceſſionem à planetá in Lunam, ſunt tot ſigna, quot inter domum ſecundariam planetæ & ♋, ut dum Luna fuerit in quinto ſigno à ♃, ut in ſequenti facile conſpicies.

Almugea Solis.

Cũ à ☉ in	♄	fuerint	6	ſigna.
	♃		5	
	♂		4	
	♀		3	
	☿		2	

Iſte intuitus non poteſt contingere ♀ & ☿, cum tot ſignis à Sole abeſſe non poſſint.

Almugea Lunæ.

Cũ à	♄	in ☽ fuerint	6	ſigna.
	♃		5	
	♂		4	
	♀		3	
	☿		2	

An planeta ſit obſeſſus, an ne. Canon XXII.

OBſeſſus dicitur, cum planeta fuerit inter duas fortunas uel infortunas, uel inter radios eorum, quoniam tunc obſeſſus dicitur, ut

♄		6	♉	ibi ♃ eſt
♃	in gr.	8	♉	obſeſſus à
♂		10	♉	♄ & ♂.

♄	6	♈	Ibi ☽ obſeſſa
☽	8	♋	ex □ ♄ & ♂
♂	10	♈	

An uacuus curſu ſit aliquis planetarum, faciliter auſcultare. Canon XXIII

CVm planeta ſeparatur ab aliquo per ☌ uel aſpectum, & non iungitur alteri per corpus uel per aſpectum, quamdiu fuerit planeta in eodem ſigno, dicitur curſu uacuus, hoc tamẽ debet intelligi iuxta orbes uel radios planetarum. Exemplo accipe: Si ☽ ☌ ♃ in ♐, & poſt ſeparationẽ eius à ♃, non ſit aliquis planetarum in ♐, cui coniungi poſſet medietate orbis,

nec